



Pri. Oz. num. 53.

1772, 18.

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN

RESCISSO TESTAMENTO
PER QVERELAM INOFFICIOSI
CORRVANT CODICILLI
TESTATI

QVAM

ILLVSTRIS ICTORYM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.

SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO

DIE I. FEBRVAR. ANNO CIOIOCCCLXXII.

DEFENDET

ADOLPHVS LVDOVICVS NOEZOLD

GLAVCHA - SCHOENBVRG.

LIPSIAE
LITERIS RVMPFIIS.



P. 303.



Ms. 62. 1794. 5. 11

QUESTIO

IVRIS CONROVERSI

AN

RESISSO TESTAMENTO

ET QUANTUM IN OFFICIO

CORRUMPTO CORREPTI

TESTATI

QUAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

FRANCISCVS

D. CHRISTIANO LEON. BRUNING

PROFESSOR PVBLCVS ORDINIS SVPERIORIS ET INFERIORIS

IN A. D. I. T. O. R. I. O. P. L. E. T. I. N. O.

IN A. D. I. T. O. R. I. O. P. L. E. T. I. N. O.

IN A. D. I. T. O. R. I. O. P. L. E. T. I. N. O.

ADOPTRVS LVDOVICVS NOLFOED

CLAVSIVS - SCHODIVS

LEIPZIG

LITTEVS H. M. I. L. L. I. E. R.

Ms. 62. 1794. 5. 11





AN
RESCISSO TESTAMENTO PER
QUERELAM INOFFICIOSI CORRIVANT
CODICILLI TESTATI.

§. I.

Ignorabat libera respublica minus solennes te-
stantium vltimas voluntates, videlicet *Codicil-
los*, quos res romana sub Augusto accepit.
Cum enim L. Cornelius Lentulus, de quo
PANCIROLLVS in *Theaur. Var. Lect. L. II. c. 281.* ad heredes,
quos sibi in testamento scripserat, abiturus in Prouinciam,
codicillos, ita enim epistolae, quae a praesentibus ad prae-
sentes scribebant, teste SENECA in *Epist. LV.* appellaban-
tur, exarauisset, quibus iam in testamento antea facto
valorem adscripserat eosque in euentum confirmauisset,
atque ex his codicillis Augusto heredi Lentuli ali-
quid imponeretur, atque dubitaretur, an iis obligandi he-
redem vis in esset: ex iudicio Trebatii Testae summi tunc
Iuris consulti codicillis autoritas tributa est ab Augusto,
vt rem refert THEOPHILVS *Paraphrasi Instit. L. II. Tit. I.*
§. II.

§. II.

Mirum ergo non est antiquissimos codicillos epistolae formam prae se tulisse, quod ex monumentis illis patet, quae in Libris Iuris civilis supersunt. Sic apud SCAEVOLAM in L. 37. §. 2. π. de Legat III. leguntur: *LVCIVS TITIVS SEIAE HEREDI SVAE, QVAM PRO PARTE DIMIDIA INSTITVI SALVTEM.* *Maeuium Liberium meum, quem in testamento pro parte dimidia heredem institui, eam partem hereditatis veto accipere, cuius in locum Publicum Sempromium meum heredem esse volo.* Apud eundem SCAEVOLAM in L. 30. §. 1. π. de adim. vel transf. legat. alia Codicillorum formula legitur: *TOIS ΚΑΗΡΟΝΟΜΟΙΣ ΜΟΥ ΧΑΙΡΕΙΝ.* Βούλομαι βεβαία εἶναι τὰ ὑποτεταγμένα, ὅσα ἐφθάσα εἰς τὸ ἴνομα τοῦ Παμφίλου πεποιθήκαμ. εἰαν Σεῖα ἢ συντροφός μου κλημόμος μὴ γένηται, ἐξ οὗ γέγραφα αὐτὴν μέρος. Βέλομαι αὐτῇ δεθῆναι τὴν σύγκτησιν τὴν περὶ Κολώνην. Pariter MARCELLVS in L. 56. π. de fideicomm. liberi. exemplar Codicillorum exhibet: *LVCIVS TITIVS HEREDIBVS PRIMIS ET SVBSTITVTIS SALVTEM.* *Peto, ut ea, quae testamento caui, legavi, et ea, quae codicillis caueo, legauero, praestetis.* Alias formulas exhibet BRISSONIVS de Formul. Pop. Rom. Lib. VIII.

§. III.

Absque dubio codicilli primum ad heredes scriptos in testamento dabantur, quare et testamento confirmandi erant. Postea etiam ad fidei commissarios, imo ad heredes intestatos dari coeperunt. Vnde origo codicillorum testatorum et intestatorum venit. Ratio cur ad intestatos postea dati sunt, videtur posita in argumento, quo utebatur Trebarius Testa consultus ab Augusto, scilicet vtilissimum et necessarium hoc ciuibus esse propter magnas et longas peregrinationes, vbi, si quis testamentum propter ciuium Romanorum testium penuriam, facere non

❧ ❧ ❧

non posset, tamen codicillos posset. Exempla codicillorum *intestatorum* occurrunt apud IULIANVM in L. 3. *π. de Iur. Codicill.* Si quis, cum testamentum nullum habebat, codicillis *fideicommissa* hoc modo dedit. Quisquis mihi heres erit etc. et apud PAVLVM in L. 8. *π. eod.* conficiuntur CODICILLI quatuor modis, aut enim in futurum confirmantur, aut in praeteritum, aut per *fideicommissum* testamento facto, aut SINE TESTAMENTO.

§. IV.

Tandem nouam videntur per auctoritatem Constitutionum Imperatorum accepisse formam, partim quod non amplius semper desiderarent scripturam, sed adeo nuncupatiue fieri possent, partim quod et actus vnitatem et quinarium testium numerum desiderarent, cum antea absque testibus obligarent testatorum scripti codicilli, vt habet BOEHMERVS *diff. de Codicillis absque testibus validis.* Sed cum codicillis intestatis in explicanda praeposita quaestione nihil nobis negotii est: de testatis ergo nostra agit quaestio, siue sint scripti siue nuncupatiui.

§. V.

Sicuti verò intestati codicilli per se suam nanciscuntur auctoritatem, ita testati a testamento pendeant. Quapropter, si testamento nulla vis et auctoritas esset, neque quidquam ex codicillis peti poterat. Probat hoc IULIANVS in L. 3. §. *vl. π. de Iur. Codicill.* Scribit: Denique, si ex testamento hereditas adita fuisset, *fideicommissum* ex huiusmodi codicillis nullius momenti est. Quod si ergo destituatur testamentum, neque valent codicilli. Hinc PAVLVS in L. 16. *π. eod. in fin.* expresse ait: *Testamento autem facto ius sequuntur eius.* Ita etiam rescripserat Imperator ALEXANDER in L. 1. C. de Codicill. *Rupto quidem testamento posthumi agnatione, codicillos quoque ad testamentum pertinentes non va-*



lere in dubium non venit. Ita de iniusto et nullo testamento idem dicendum erit, nec non de irritato facto. At, quid dicamus de *restituto*?

§. VI.

De querela inofficiosi testamenti atque de causis ex quibus ea querela locum habeat, nihil dicamus, haec ex compendiis nota. Quaestionem potius explicabimus, an rescisso testamento querela inofficiosi codicilli testati etiam corruant. Speciem ponamus. Fecerat Titius testamentum, quemque habebat filium Lucium ex causa, quam veram putabat, exheredem scribebat, atque Sempronium heredem instituebat. Postea ad hoc testamentum Codicillos faciebat, inque his varia heredi suo Sempronio praestanda imponebat. Mortuo Patre Titio filius Lucius impugnat testamentum patris querela inofficiosi. Cum vero heredi imposita probandae causae exheredationis necessitas, isque deficeret in probatione, ut propterea etiam rescinderetur testamentum; filius Lucius patri heres ab intestato succedebat. Iam ii, quibus in Codicillis legata vel fideicommissa relicta, sua sibi a filio iam intestato herede petunt legata et fideicommissa. Quaerebatur: an, ad ea soluenda, cum testator Sempronio praestanda codicillis imposuerit, filius, qui absque testamento heres existit, teneatur.

§. VII.

Potest utique videri, rescisso testamento ipsos codicillos corruiere. Nam cum codicilli in se nihil aliud sint, quam epistolae datae ad heredem in testamento scriptum, cui quid testator faciendum, praestandum, dandumue iniunxerat, sequitur, si deficiat heres testamentarius, corruiere quoque codicillos illos testatos, ex regula PAVLI *c. l. 16, quod sequamur ius testamenti codicilli.*



li. Iam vero rescisso eo, testamentum amplius non adest, hinc nec vim habere poterunt codicilli. Imo cum ex iure Digestorum legata atque fideicommissa cum ipso rescisso testamento corruant, quomodo codicilli subsistant, in quibus legata et fideicommissa relinquuntur. Probat vero legata et fideicommissa corruere **VLPIANVS** in *L. 8. §. 16. ff. de inoff. testam.* Ait: *Si ex causa de inofficiosi cognoverit iudex, et pronuntiauerit contra testamentum; nec fuerit prouocatum; ipso iure rescissum est: et suus heres erit, secundum quem iudicatum est; et honorum possessor, si hoc contendit: et libertates ipso iure non valent: nec legata debentur; sed soluta repetuntur. caet.* Et idem **PAVLVS** in *L. 28. in f. 7. eod.* adferit scribens: *Nam cum inofficiosum testamentum arguitur, NIHIL ex eo testamento valet.*

§. VIII.

Sed salua res est: Quanquam enim ratione originis epistolae essent, ad heredem datae; tamen ex subsequenti tempore potius minus solennem vltimam volur atem efficiebant codicilli, vt ex illa ratione nihil amplius iudicandum. Neque negabo, veteri Iure ante Iustinianum, ex quo legata et fideicommissa corruerant, etiam codicillos corruisse, si inofficiosi quaerela rescissum testamentum fuerat. Sed a quo tempore Imperator **IUSTINIANVS** in *Novell. CXV. cap. III.* antiqua Iura immutauerat, rescisso testamento non amplius corruerant testamenta. Ita enim disposuerat Imperator: *Si vero contigerit in quibusdam talibus testamentis quaedam legata vel fideicommissa, aut libertates, aut tutorum donationes relinqui, vel quaelibet alia capitula concessa legibus nominari: ea omnia iubemus adimpleri et dari illis quibus fuerant derelicta et tanquam in hoc NON RESCISSEM obinet testamentum.* Iam concludo si rescissum

scissum testamentum, per querelam inofficiosi intuitu legatorum, fideicommissorum atque reliquorum capitulorum habetur *NON RESCISIVM*, quid ni etiam valeant codicilli, nec corruant, quippe et intuitu illorum, cum in his nulla heredis institutio existere potest, sed legata et fideicommissa tantum, testamentum pro rescisso ex autoritate Iustiniani non sit habendum.

§. IX.

Sed cum illa Nouella Iustiniani CXV tantum de testamentis parentum, atque liberorum agat, et in his codicilli testati haud corruant, atque quae in his scripta vel nuncupata sint ab herede intestato adimplenda, tamen secus sentiendum, si testamentum fratris a fratre vel sorore ob turpem personam praelatam querela inofficiosi rescindetur. Cum enim huius rescissi testamenti intuitu nihil de iure veteri immutatum, putem, hoc rescisso etiam Codicillos, vt veteri iure, corrucere debere.




Leipzig, Diss., 1772 A-R



f
TA-70L

Nur 23. Stk. bisher versch.





M. 02. Mus. 42.
1772, 18.

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN
RESCISSO TESTAMENTO
PER QVERELAM INOFFICIOSI
CORRVANT CODICILLI
TESTATI

P. 303.

QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
PRAESIDE
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.
SOCIO
IN AVDITORIO PETRINO
DIE I. FEBRVAR. ANNO CIOICCLXXII.

DEFENDET
ADOLPHVS LVDOVICVS NOEZOLD
GLAVCHA - SCHOENBURG.

LIPSIÆ
LITERIS RVMFFIIS.

